

# PROF. ANDREAS KINDERLING

|                      |   |
|----------------------|---|
| Fakultät             | Philosophische Fakultät   |
| Geboren              | 1595 in Evessen   |
| Gestorben            | 1664 in Helmstedt   |
| Kurzvita             | Phil. Prof. d. Logik in Helmstedt (ab 1638); Phil. Prof. d. Physik in Helmstedt (spätestens ab 1654);           |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Andreas Kinderlingus Guelpherbytanus (16.05.1610)                                 |
| Ehefrauen            | Maria Kinderling geborene Hosang (18.09.1618–27.09.1679), Heirat 1640   |
| Quelle               | Ahrens 2004, S. 129   |
| GND                  | <a href="https://d-nb.info/gnd/12142426X">https://d-nb.info/gnd/12142426X</a>                                   |
| Permalink            | <a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-121-kinderling">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-121-kinderling</a> |

## Lehrstühle

1638– Lehrstuhl für Logik, Helmstedt

1654– Lehrstuhl für Physik, Helmstedt

## Vorlesungen (38)

M. Andreas Kinderling Logices Professor, post habitam de laudibus Logices orationem inauguralem, disciplinam ipsam docere agressus est, & ut ex tribus ejus partibus primam, quae agit de dirigenda simplici rerum apprehensione, hoc semestri absolvat, operam dabit Docet hora VII matutina., Sommersemester 1639

Andreas Kinderling Logices Professor perget in Compendio Logices, explicabitq; teriam ejus partem, quae est de Syllogismis., Sommersemester 1640

[...] Idem alias quoque tam in Metaphysicis, quam in Logicis operam suam dabit illis, qui ea [...] sive privatim uti voluerint., Wintersemester 1641/1642

M. Andreas Kinderling, Logices Prof. p. postquam nuper absolvit, quam ineunte hoc anno inchoaverat, compendiariam explicationem Logices: deinceps Organum Aristotelis brevi explicatione illustrabit. Idem alias quoque tam in Metaphysicis, quam in Logicis operam suam dabit illis, qui ea sive publice [...] uti voluerint., Wintersemester 1641/1642

Andreas Kinderling Logices Prof. perget in explicatione libri secundi priorum analyticorum, eaque absoluta ad posteriora analytica explicanda accedet., Wintersemester 1642/1643

Andreas Kinderling Logices Professor, Faculae Nihumsianae, mire turbantis res Logicas, refutationem, quam propediem praelo subjiciet, lectionibus aliquot explicabit: deinde ad universam Modalium doctrinam nova quidem ratione, ex antiquis tamen & veris evidentibusque fundamentis, proponendam accedet., Wintersemester 1643/1644

Andreas Kinderling Logices Professor perget in Compendio Logices, explicabitq. tertiam ejus partem, quae est de Syllogismis., Wintersemester 1644/1645

Andreas Kinderling Logices Professor explicabit modum dividendi & definiendi, itemque doctrinam de Enunciationum tum forma materia., Sommersemester 1646

Andreas Kinderling Logices Professor, paucis Deo juvante, septimanis expediet ea quae de Forma

Syllogismorum restant, Syllogismos videlicet Conjunctos, Exponibiles & Argumentationes imperfectas: [...], Sommersemester 1647

[...] illis vero absolutis, in explicanda Syllogismorum Materia occupabitur., Sommersemester 1647

Andreas Kinderling Logices Prof. post expositam doctrinam de Methodo, denuo auspicatus est Compendium Logices in quo Terminorum simplicium explicationem jam absolvit. [...], Wintersemester 1648/1649

[...] Disputationem publicam de Amicitia., Wintersemester 1648/1649

Andreas Kinderling Logices Prof. succinctas Institutiones Logicas ex optimis Auctoribus majorem partem selectas in calamus dictabit. Docet hora VII., Sommersemester 1650

Andreas Kinderling, Logices Professor, quum nuper ea, quae ad res explicandas aut disputandas faciunt, absoluerit: deinceps quae ad illarum collocationem pertinent, exponere aggredietur, docebitque, quam Methodum quemve Ordinem in rebus explicandis aut disputandis tenere oporteat aut faltem liceat. His vero expeditis praecepta Logices de integro auspicabitur. Docet hora octava., Sommersemester 1652

[...] Disputabit, ubi Respondentem nactus fuerit., Wintersemester 1652/1653

Andreas Kinderling, quamprimum Disputationes Logicas B. Cornelij Martini expediverit, id quod intra paucas septimanas Deo juvante fiet, Philosophiam naturalem explicare aggredietur. [...] Docet hora octava., Wintersemester 1652/1653

Andreas Kinderling doctrinam de Corporibus perfecte mixtis tam animatis, quam animae expertibus, explicabit. Docet hora Octava., Sommersemester 1653

[...] Nec cuiquam de rebus physicis disputare cupienti praesidium denegabit., Sommersemester 1654

Andreas Kinderling Perget, si Deus volet, in explicatione Philosophiae naturalis, & tum doctrinam de corporibus perfecte mixtis inanimatis brevi absolvet, tum etiam deinceps eam, quae est de animatis, pertractabit. [...] Docet hora octava., Sommersemester 1654

Andreas Kinderling, quamdiu ProRectoratus Academici munere fungitur, non audet quidquam certo polliceri occupationes: dabit tamen operam, ut quam primum per negotia licuerit, aut saltem ubi magistratu abierit, in Praelectionibus Physicis pergat, habeatque subinde disputationes publicas. Docet hora octava., Sommersemester 1655

Andreas Kinderling quum Philosophiae naturalis explicationem absolverit ante ferias Paschales; hisce finitis, denuo hanc disciplinam ab initio interpretari incipiet; idque ex Gilberti Iacchaei Philosophi Clm Institutionibus Physicis. [...] Docet hora octava., Sommersemester 1656

[...] Dabit etiam operam, ut disputationes habeat publicas sive Physicas, sive alias Philosophicas., Sommersemester 1656

[...] Disputaturis publice in Physicis, Logicis, Metaphysicis, Pneumaticis, praesidium haut denegabit., Wintersemester 1656/1657

Andreas Kinderling Philosophiam naturalem, quam post ferias Paschales denuo explicare ex Clarissimo Iacchaeo coepit, & usque ad doctrinam de Generatione & Corruptione perduxit, continuabit, operamque dabit, ut eam ante festum Paschatos proximum absolvat. [...] Docet hora octava., Wintersemester 1656/1657

[...] Habebit etiam Disputationes tum Physicas tum alias Philosophicas, ubi Respondentes nactus fuerit., Sommersemester 1657

Andreas Kinderling Philosophiam naturalem denuo ab initio interpretari incipiet, idque ex B. Conradi Horneji Disputationibus Physicis, quarum exempla hic exstabit. [...] Docet hora octava.,

Sommersemester 1657

Andreas Kinderling ubi doctrinam de Anima absolverit, quod intra unam atque alteram septimanam, Deo juvante, fiet, denuo inchoabit Philosophiam naturalem. Docet hora VIII matutina., Sommersemester 1658

Andreas Kinderling Physices Professor, ubi Mineralia absolverit, quod intra paucas hebdomadas, Deo juvante, fiet, aggredietur doctrinam de Corpore animato. Docet hora octava., Sommersemester 1659

Andreas Kinderling perget in dictandis & explicandis succinctis Disputationibus Physicis, jam mense Septembri inchoatis. Docet hora octava., Wintersemester 1659/1660

Andreas Kinderling species corporum naturalium mixtorum explicare aggredietur, utque eas omnes pertractet, operam dabit. Docet hora octava., Sommersemester 1660

Andreas Kinderling h.t. Vice-Rector, dabit operam, ut quamdiu magistratum geret, aliquoties disputet; eo vero defunctus in doctrina de corpore animato perget. Docet hora octava., Sommersemester 1661

Andreas Kinderling, ob morbum designati Successoris Dn. D. Cellarii, cogitur adhuc Vice-Rectoris fungi: Eo vero defunctus, atque si fieri potest, etiam citius in doctrina de corpore animato perget, eaque ad finem perducta Physicam denuo inchoabit. Docet hora octava., Wintersemester 1661/1662

Andreas Kinderling finitis ferijs Paschalibus Physicam de integro explicare incipiet, dabitque operam, ut Disputationibus Physicis jam editis & publicis habitis succedant etiam aliae. Docet hora octava., Sommersemester 1662

Andreas Kinderling Explicationem Physices finitis ferijs Paschalibus inchoatam & usque ad Meteorologiam deductam continuabit, [...] Docet hora octava., Wintersemester 1662/1663

[...] utque disputationes posteriores nondum editae imprimatur operam dabit., Wintersemester 1662/1663

Andreas Kinderling, ubi disputationes de Animato sentiente & rationali; in quibus adhuc occupatur, expedierit, quod ut ante festum Pentecostes fiat, operam dabit: Philosophiam naturalem de integro explicare aggredietur. Docet hora octava., Sommersemester 1663

[...] Porro etiam illis, qui disputando se exercere volent, praesto erit., Wintersemester 1663/1664

Andreas Kinderling Philosophiam naturalem a feriis Pentecostalibus inchoatam & usque ad doctrinam de Coelo perductam continuabit, utque etiam ea, quae explicanda restant, hac hyeme expediat, atque ita intra anni spatium totam hanc disciplinam absolvat, operam dabit. [...] Docet hora octava., Wintersemester 1663/1664

### Dissertationen (19)

De actu et potentia, 1641

De Communibus Corporis Naturalis Affectionibus Disputatio Physica, 31.01.1662. VD17 32:648361F

De Corpore Perfecte Mixto Inanimi Sive Minerali Disputatio Physica, 31.10.1660. VD17 1:091908A

De Causalitate Materiae Respectu Formae Immaterialis Brevis Dissertatio Metaphysica, 27.08.1659. VD17 23:687875D

De Syllogismis Absolutis Finitis Disputatio Logica, 16.06.1655. VD17 23:231558W

De Compositione Ex Essentia Et Subsistentia Disputatio Metaphysica, 31.08.1649. VD17 23:257280W

De Amicitia Disputatio Ethica, 04.11.1648. VD17 23:256181U

De Enunciationibus Absolutis Disputatio Logica, 29.07.1643. VD17 23:231541M  
 De Praedicabilibus Disputatio Logica, 26.04.1643. VD17 3:016342U  
 De Terminis Simplicibus Disputatio Logica, 28.03.1640. VD17 3:620492X  
 De Categoriis Disputatio Philosophica, 14.03.1640. VD17 23:231555Y  
 De Distinctione Disciplinarum Disputatio Philosophica, 18.05.1639. VD17 23:336016B  
 De corpore animato in genere Disputatio physica, 1663  
 De elementis ac eorum mixitione deque rerum generatione et corruptione Disputatio physica, 1662  
 De Forma Syllogismi Categorici Disputatio Logica, 31.01.1650. VD17 23:257283U  
 De Enunciationibus In Genere Et In Specie De Absolutis Disputatio Logica, 28.09.1642. VD17 23:231540D  
 De Syllogismis Absolutis Infinitis Disputatio Logica , 16.02.1656. VD17 23:231560S  
 De rerum necessitate et contingentia, 1641  
 De natura et causis, 1661

### Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: Nihus Barthold (Präses): De Necessitate Et Contingentia Disputatio Metaphysica, 25.08.1616. VD17 23:255864N

### Reden und Programme (1)

Andreas Kinderling: Programma In Funere Clarißimi Excellentißimiq[ue] Viri Joannis Brenneccii Philos. M. & Graecarum literarum in Academia Iulia Professoris Publici D. XVIII Aprilis pie defuncti P.P., 18.04.1655. VD17 23:262357S

### Rechenschaftsberichte

|          |  |
|----------|--|
| Zeitraum | 31.12.1652   |
| Text     | Anno 1653 / Mense Ianuario / Statim a Feriis et mutatu Vice-Rectoratus redii ad lectiones publicas. / Exposui vero doctrinam de Motu in genere, deque quantitate / Finito ac Infinito, Loco et Tempore, idque nulla prorsus ommissa lectione / Andreas Kinderling / scripsi pridie Kalendis Februariis   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 44  |
| Zeitraum | 31.01.1653   |
| Text     | Anno 1653 / Mense Februario / Exposui doctrinam de Motus speciebus, eiusque proprietatibus ac partibus; deque primo mobili ac motore, adeoque absolvi partem Physices communem / Dein ad specialem progressus, doctrinam de Coelo pertractavi / Nulla interquievi hora lectioni meae destinata / Andreas Kinderling / scripsi pridie Kalendis Martio |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 45  |
| Zeitraum | 31.03.1653   |

|          |   |
|----------|---|
| Text     | Anno 1653 / Mense Aprili / Absolvi ea, quae de Meteoris dicenda restabant / dein expediti dissertationem de Corporibus perfecte mixtis in genere / Ob iter Hannoveranum nomine academiae suscipiendum aliquot diebus docere haut potui / Andreas Kinderling scripsi pridie Kalendas Maii  |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 41   |
| Zeitraum | 30.04.1653  |
| Text     | Anno 1653 / Mense Maio / De Corporibus perfecte mixtis in specie, dicere cepi, doctrinamque de Lapidibus absolvi / Propter nuptias Celebrimi collegae Domini Magistri Horneii unam atque alteram lectionem omittere debui / Andreas Kinderling / scripsi 6 Kalendas Iunii   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 42   |
| Zeitraum | 31.05.1653  |
| Text     | Anno 1653/ Mense Iunio / Exposui doctrinam de Metallis, sed non omnem, quod intercederent tum feriae Pentecostales, tum promotiones et nuptiae Celeberrimorum Dominorum collegarum Domini Vogleri et Domini Hildebrandi / Andreas Kinderling / scripsi 4 Kalendas Iulii   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 43   |
| Zeitraum | 30.06.1653  |
| Text     | Anno 1653 / Mense Iulio / Post expeditam doctrinam de Metallis, exposui etiam eam quae est de Anima vivente et Plantis / Legi omnibus horis lectioni meae destinatis / Andreas Kinderling / scripsi pridie Kalendas Augusti   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 85   |
| Zeitraum | 31.07.1653  |
| Text     | Anno 1653 / Mense Augusto / Exposui doctrinam de Anima sentiente / nec ullam omisi lectionem / Andreas Kinderling / scripsi pridie Kalendas Septembris  |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 86   |
| Zeitraum | 31.08.1653  |
| Text     | Anno 1653 / Mense Septembri / Doctrinam de Anima intelligente pertractavi / atque ita ante festum Michaelis finem explicationi Physices imposui / Andreas Kinderling / scripsi pridie Kalendas Octobris   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 44   |
| Zeitraum | 30.09.1653  |
| Text     | Anno 1653/ Mense Octobri / Statim a feriis reversus ad lectiones publicas denuo auspicatus sum Philosophiam naturalem. / Et post explicatam eius constitutionem, exposui doctrinam de rerum naturalium Principiis, item de Natura ac Causis per se et per accidens / Nullam omisi Lectionem, nisi 27 Octobris idque ob Disputationem publicam Domini Doctoris Cellarii / Andreas Kinderling, scripsi pridie Kalendas IXbris |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 46; 50 Duplette  |

|          |   |
|----------|---|
| Zeitraum | 31.10.1653  |
| Text     | Anno 1653 / Mense Novembri / Progressus ad affectiones Corporis naturalis generatim considerati, exposui doctrinam de Motu in genere, deque Quantitate, Finito ac Infinito, Loco et Tempore; idque nulla prorsusque ommissa lectione / Andreas Kinderling / scripsi pridie Kalendas Xbris   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 47; 51 Duplette  |
| Zeitraum | 30.11.1653  |
| Text     | Anno 1653 / Mense Decembri / Exposui doctrinam de Motus speciebus eiusque proprietatibus ac partibus; deque primo mobili ac motore; atque ita absolvi partem Physices communem / Porro in parte speciali inchoavi quidem doctrinam de coelo sed totam expedire hoc mense aut anno haut potui / quia lectionem publicam ommittere debui, tam 12 Decembri ob Disputationem publ. Domini Doctoris Conringii, tum tota illud quae Festum Nativitatis Christi prope me antecedebat, septimana utpote quam occupabant Examina Candidatorum Philosophiae / Andreas Kinderling scripsi pridie Kalendas Ianuaris   |
| Quelle   | 37 Alt 204, H.1, 48; 49 Duplette  |
| Zeitraum | 13.10.1656–31.10.1656   |
| Text     | Anno 1656 / Mense Octobri / Finitis feriis Festi Michaelis / [diebus] 13 et 14 ob catarrhum et raucedinem legere non potui / [die] 16 docui, in quarum actione consistat Generatio; item quod dispositiones, quae in corrupto praecesserunt, in genito maneat / die 17 disserui de Corruptione, et an ea naturalis sit dicenda; Item an per se intendatur a natura / [die] 20 Exposui, quomodo unius corruptio sit alterius generatio; coepi etiam disserere de ipsa Mixtione / die 21 Continuavi dissertationem de Mixtione, exponens tres conditiones ad mixtionem requisitas / [die] 23 Proposui Mixtionis definitionem; et quomodo Elementa insint inceptis / Die 24 Explicavi doctrinam de Temperamentis / die 27 de Putredine sive Corruptione misti eiusque definitione disserui / [die] 28 de Meteoris eorumque materia, forma, efficiente et fine / [die] 30 de Loco Meteororum / [die] de Meteoris ignitis / Andreas Kinderling |
| Quelle   | 37 Alt 2489, 54   |
| Zeitraum | 03.11.1656–28.11.1656   |
| Text     | Anno 1656 / Mense Novembri / [diebus] 3,4,6 et 7 ut et [diebus] 10, 11,13 et 14 legere non potui ob tussim et raucedinem adeo mihi molestam, ut medici consilio medicamentis uti cogerer; / quamquam etiam 11 ob disputationem inauguralem Berckelmanni et / [die] 13 ob solennia Doctoratus in facultate Medica lectiones publicas obire haut licebat / [die] 17 disserui de Tonitruo et Fulgure / [die] 18 disserui de Fulmine / [die] 20 de Cometis, via lactea et spectris in aere apparentibus / [die] 21 de Ignibus subterraneis, itemque de Ventis / [diebus] 24,25,27 et 28 legere non potui, quod Goslaram mihi proficiscendum esset, ut nuptiis mei ex fratre iam pridea demortuo nepotis interesset / Nonnullas omissarum Lectionum compensavi legendo in feriis. / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2489, 55   |

- Zeitraum 01.12.1656–23.12.1656  
Text Anno 1656 / Mense Decembri / [die] Exposui quod de Ventis restabat id est differentiam Ventorum et de Nubibus quaedam / [die] 2 Addidi reliqua de Nubibus dicenda; usque adtexui doctrinam de Pluvia, Nebula et Nive / die 4. Disserui de Grandine, Glacie, Rore, Pruina, Melle et Matina / [die] 5 de Mari eiusque salsedine / [die] 9 de Astu maris. / die 11 de origine fontium et fluminum / [die] 12 de Terraemotu / [die] 15 de perfecte mixtis animatis in genere; et in specie de Metallis / [die] 16 de Lapidibus / [die] 18 non legi ob disputationem inauguralem Sötefleischii / [die] 19 dixi de Terris mineralibus / die 22 de succis concretis, Sale, Nitro, Alumine et Vitriolo / [die] 23 de Bitumine, Sulphate, Arsenico, Antimonio et Bismutho / Atque ita absolvi doctrinam de corporibus perfecte mixtis inanimatis. / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2489, 56
- Zeitraum 08.01.1657–30.01.1657  
Text Anno 1657 mense Ianuario / Finitis feriis hyemalibus ad lectiones reversus, die 8. Ianuario proposita nobilitate, incunditate, utilitate et necessitate doctrina de corpore animato, docui omino dari animam, et ad quidditatem eius ostendendam, explicare coepi priorem eius definitionem Aristotelicam. / 9. Continuavi definitionis illius explicationem, ostendens quid denotet vox ἐντελέχεια, quidque in ea erret Cicero 1. Tusculan. simulque exposui alteram animae definitionem Aristotelicam. / 12. Ostendi, animam non esse Temperamentum, quo Galeni error fuisse dicitur, et tria numerali [?] animatum genera (nempe vegetantem, sentientem et rationalem) quoniam duo priora sint species subalterna, postremum vero species infirma. / 13. Docui, quo pacto facultates animae differant ab ipsa, unde oriuntur; in quonam subiecto resideunt; et quomodo inter se distinguantur. / 15. Disserui de Anima vegetante eiusque facultatibus tribus non Altrice, Auctrice et Peneratrice in geneles [?]; item in specie de Altrice eiusque necessitatibus; nec non de Fame et Siti, Aliento, Cibus et Pota. / 16. Dixi de triplici Alimenti confectione in animalibus, hylificatione, Sanguificatione et Assimilatione. / 19. De Accretione ea, quae solis viuientibus competit. / 20. De Generatione praeertim ea, quae est ex semine. / 22. Non legi, quod transferretal [?] ViceRectoratus. / 23. Disserui de Generatione hominis, et quando foetus animetur [v] / 26. Dixi de Anima sensitiva in genere et eius facultatibus tribus, sensu, Appetito et Locomotiva. Item de Sensu eiusque obiecto sine sensili tam per se tam per accidens. / 27. De speciebus intentionalibus / 29. De Sensibili communi, et an sensus circa sensibile proprium erret. Item de Visu quaedam. / 30. De Obiecto visus, colore videl. item de Lumine et Perspicuo. / Andreas Kinderling / scripsi 30. Ianuario  
Quelle 37 Alt 2490, Fol. 33
- Zeitraum 02.02.1657–27.02.1657  
Text Anno 1657 mense Febuario / Die 2 Non legi ob festum Purificationis Mariae. / 3. Disserui de medio et organo visionis. / 5. De modo visionis, et quod visio non fiat per emissionem radiorum. / 6. De Auditui eiusque obiecto, sono in genere. / 9. De speciebus soni, directo videl. sono et reflexo, animatorum et

|          |   |
|----------|---|
|          | <p>inanimatorum, voce articulata et inarticulata. Item de Instrumento Auditus / 10. De Odoratus obiecto, huiusque speciebus; item quomodo odor diffundatur. / 12. De Medio et organo Olfactus. / 13. De Gustus obiecto et instrumento. / 16. De Tactu eiusque obiecto, organo et medio. / 17. De sensibus internis, et in specie de sensu communi item de Vigilia et somno. / 19. De Somniis et Noctambulonibus. / 20. De Phantasia, Memoria et Remiscentia. / 23. De Appetitu sensitivo. / 24. Non legi ob disputationem inauguralem Seedorffii. / 26. Dixi de Passionibus. / 27. De Facultate Locomotiva. Atque ita absolvi doctrinam de anima sentiente. / Andreas Kinderling scripsi 28. Februarii.</p>   |
| Quelle   | 37 Alt 2490, Fol. 34  |
| Zeitraum | 02.03.1657–19.03.1657   |
| Text     | <p>Anno 1657 mense Martio / Die 2 Inchoavi doctrinam de Anima rationali, exponens eius definitionem, ac docens, eam non esse formam assistentem, sed informantem. / 3. Docui, non esse unicam numero animam in omnibus hominibus, ut putarunt Auerroes et Themishius. / 5. Disputavi contra Phytagoricam transmigrationem animalium. / 6. Dixi de Origine animae rationalis. / 9. De immortalitate et indivisibilitate ipsius. / 10. De Facultatibus animae rationalis, et primo de Intellectu patienti. / 12. De Intellectus obiecto; Item de Intellectu agente. / 13. Adhuc de Intellectu agente et Speciebus Intelligibilibus. / 16. De Voluntate. / 17. De Voluntatis imperio in alias potentias. / 19. De Libero arbitrio. Atque ita absolvi doctrinam de Anima rationali totamque adeo Philosophiam naturalem. / Andreas Kinderling / scripsi 20. Martii.</p>   |
| Quelle   | 37 Alt 2490, Fol. 35  |
| Zeitraum | 04.04.1657–30.04.1657   |
| Text     | <p>Anno 1657 mense Aprili / Die 4. Disputavi publice de Demonstratione. / 13. Finitis feriis legissem, nisi publice disputasset Flemmingius. / 14. De integro explicare coepi Philosophiam naturalem idque ex Disputationibus Physicis B. D. Hohneii. Et nunc quidem praemissis quibusdam de Philosophia in genere, inchoavi doctrinam de Constitutione Physices. / 16. Prohibuit me disputatio inauguralis Milagii. / 17. Continuavi doctrinam de Constitutione Physices, et absolvi eius Definitionem. / 18. Disputavi publice de Expositione et Reductione Syllogismorum. / 20. Expedivi Divisionem Physices, et inchoavi doctrinam de Principiis rerum naturalium. / 21. Continuavi doctrinam de Principiis rerum naturalium proponens varias de iis Veterum sententias. / 23. Exposui sententiam Arist. de Principiis rerum naturalium. / 24. Solui argumenta impugnantium Principia Aristotelica. / 27. Respondi ad argumenta Veterum pro suis sententiis. / 28. Expedivi duas difficultates de Principiis rerum naturalium, et disserere coepi de Natura. / 30. Exposui definitionem Naturae, ut et quid differant Natura, Habens naturam, et Id quod est secundum naturam. / Andreas Kinderling</p> |
| Quelle   | 37 Alt 2490, Fol. 36  |
| Zeitraum | 01.05.1657–29.05.1657   |
| Text     | Anno 1657 mense Maio / Die 1. Dixi, quaenam ex Principiis rerum naturalium  |

- sit Natura, et in quibus mutationibus reperiatur Principium actuum; item quantum differat tractatio causarum Physicae a Metaphysica. / 4. Quot sint genera Causarum, et quomodo dividantur: porro quales causae sint Fortuna et Casus, et quomodo inter se differant. / 5. Quid sit Fatum; an Natura agat propter finem; quaque sit necessitas rerum Physicarum. / 8. Accessi ad explicandas Affectiones corporis naturalis et inchoavi doctrinam de Motu. / 11., 12., 14. et 15. Legere non potui, quod Wolferbytum mihi proficiscendum esset, ut nuptiis cognatae interesset. Sequentibus huius mensis diebus fuerunt Feriae Pentecostales; quae antequam finirentur. / 28. Disservi de Definitione Motus, ut et quaestionibus quibusdam ad explicandam eius naturam facientibus. / 29. De Quantitate et eius speciebus. Ut ita compensarem quodammodo Lectiones ex privata causa paulo ante omissas. / Andreas Kinderling.  
 Quelle 37 Alt 2490, Fol. 37
- Zeitraum 01.06.1657–30.06.1657  
 Text Anno 1657 mense Iunio / Die 1., 2., 4. et 5. Non legi partim ob iter Wolferbytanum nomine Academiae susceptum, partim ob Auctionem Librorum Bibliopolae Amstelredamensis; Quae etiam 8., 9., 11. et 12. Lectiones impedivit. / 15. Disservi de Quantitatis continuae speciebus et Terminis sine Indivisibilibus, docens haec esse realia et positiva. / 16. Dixi de Finito et Infinito, et de variis acceptionibus vocis Infiniti; et Corpus infinitum actu non dari. / 18. De Infinito potentia, illud omnino concedendum esse. / 19. Continuum componi ex divisibilibus; et dividi proinde semper in divisibilia. Item de Loco, quod datur. / 22. Quid sit Locus; Item an coelum extimum et quomodo sit in loco. / 23 Non potui legere ob disputationem publice N. Brerles. / 25. Exposui doctrinam de Vacuo. / 26. Doctrinam de Tempore. / 29. Absolvi doctrinam de Tempore, et Inchoavi doctrinam de Motu in specie, applicans, quid per accidens, sed in partem, per se moveatur; quodque solum tertium huc pertineat. / 30. Docui quot sint species Motus proprie dicti, et in quibus hae Praedicamentis reperiuntur. / Andreas Kinderling  
 Quelle 37 Alt 2490, Fol. 38
- Zeitraum 22.02.1658–26.02.1658  
 Text Anno 1658 mense Februario / Quum redissent aliquot studiosi, reversus ad lectiones publicas explicare cepi doctrinam de Metallis et Mediis mineralibus / Die 22 Dixi, unde hauriri possit doctrina de Metallis, et disputavi contra vulgi errorem de Ortu Metallorum. / 23 De Materia metallorum, recens variis aliorum sententiis, quae vera sit, subiunxi. / 25 Disservi de Metallorum causa efficiente et loco generationis. / 26 De Metallorum accidentibus, Liquefactione peculiari, Ductibilitate, Coloribus, sapore, odore, transmutatione tum naturalium tum artificialium. / Andreas Kinderling  
 Quelle 37 Alt 2491, Fol. 79
- Zeitraum 01.03.1658–30.03.1658  
 Text Anno 1658 mense Martio / Die 1 Exposui Metallorum species, praemissa dissertatione de Sulphure et argento viuo. / 2 Explicare cepi Media mineralia et expedivi Aquas, Terras, Salia. / 3 Absolvi reliqua media mineralia,

- Bitaminum varia genera, Arsenicum, Antimonium, Bismathum. / 5 Accessio ad explicandam doctrinam de corpore animato, docens prius agendum esse de anima quam de corpore, tam quid sit Anima. / 8 Dixi de Animae speciebus, Tres videl. eas esse, nempe Vegetantem, Sentientem, Rationalem. / 9 De Anima vegetatiua eiusque Facultatibus in genere tum in specie de Nutritiva. / 11 De Augmentativa et Generativa, itemque de corpore Plantarum. / 12 De Plantarum causis et praecipue de Materia. / 15 De Affectionibus Plantarum et in specie de Germinatione. / 16 De Fructificatione, morbis et correptione earum. / 18 De Anima sensitiua et facultate sentiendi. / 19 De Obiecto sensili per se, per accidens, communi, proprio. / 22 De Visu eiusque obiecto, organo, medio et lumine. / 23 Adhuc de medio et lumine / 25 Erat festum annunciationis Mariae. / 26 De Auditu eiusque obiecto, organo et medio. / } 29 [et] 30 Erant nundinae. / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2491, Fol. 78
- Zeitraum 01.04.1658–30.04.1658  
Text Anno 1658 mense Aprili / Die 1 Disservi de Olfactu, Gustu et Tactu, eorumque obiectis, organis et mediis. / 2 De sensibus internis, et in specie de sensu communi et phantasia. / 5 De memoria, reminiscencia et potentia locomotiva. / Finitis feriis vernalibus. / 17 Aggressus doctrinam de Anima rationali docui eam esse formam substantialem, spiritualem, ad corporis humani informationem ordinatam. Atque hinc deduxi, illam esse immortalem, indivisibilem, et informantem, non autem assistentem. Porro animas rationales singulas competere singulis hominibus, non vero esse unam tantum omnibus hominibus communem, nec dari Phythagoricam μετεμψύχωσιν aut Bodini λυκανθρωπίαν / 29 Dixi de Origine animae rationalis, tam quoad tempus quam quoad modum, ostendens eam nec ex semine propagari, nec a Deo ex nihilo creari, sed esse ab anima parentum. / 30 Disservi de Facultatibus animae rationalis in genere, et in specie de Intellectu possibili, quem vocant. / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2491, Fol. 77
- Zeitraum 03.05.1658–28.05.1658  
Text Anno 1658 mense Maio / Die 3 Disservi de Obiecto Intellectus et de Specie intelligibili / 4 De Abstractione et quomodo Intellectus actuetur. / 6 De Intellectu agente et operationibus Intellectus. / 7 De Voluntate eiusque Libertate, obiecto et actibus tum elicitis tum imperatis / Atque ita iterum absolvi Physicam paulo ante annum inchoatam. / 17 Quum denuo inchoata esset Explicatio [?] Physices, idque iuxta ductum B. Cornelii Martini, interveniebant sacra matutina et preces pro frugibus terrae. / 18 Inchoavi novam explicationem Physices dixique de eius natura et constitutione. / 20 Erat festum Ascensionis Domini. / 21 Erat Disputatio inauguralis Philippi Ludovici Probst. / } 24 [et] 25 Impediebar nuptiis ancillae meae. / 27 Continuavi et absolvi dissertationem de natura Physices. / 28 Inchoavi dissertationem de Principiis rerum naturalium. / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2491, Fol. 76
- Zeitraum 10.06.1658–29.06.1658

- Text Anno 1658 mense Iunio / Die 10 Nempe finitis feriis Pentecostes, proposui varias veterum sententias de Principiis rerum naturalium. / 11 Exposui de iisdem sententiam veram Aristotelis. / 14 Disserui in specie de Materia, Forma et Primatione. / 15 Dixi de Natura / 17 De causis per se. / 18 De Causis per accidens, Casu et Fortuna. Item quod et quomodo Natura agat propter finem. / 21 De Motu in genere / 22 De Infinito actu, quod non detur / 25 De Infinita potentia, quod detur / 28 De Loco / 29 Erat Actus promotionis in Facultate Philosophica. / Andreas Kinderling
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 75
- Zeitraum 01.07.1658–30.07.1658
- Text Anno 1658 mense Iulio / Die 1 Dixi de Vacao / 2 Erat festum Visitationis Mariae / 5 Disserui de Tempore / 6 Disserui de speciebus Motus / 8 Disserui de affectionibus quibusdam, quae causa motus lorisque rebus naturalibus accidunt. Ita de unitate et diversitate et contrarietate motus. / 9 Disserui de divisione motus secundum quantitatem. / } 12 [et] 13 Erant nundinae. / 15 Exposui duo illa axiomata: Quidquid movetur, ab alio movetur; et Movens et mobile simul sunt. / 16 Dixi de comparatione motuum, et de primo motore, quomodo eum dari probet Aristoteles ex falso praesupposita aternitate motus et temporis. / 19 Primam motorem esse immobilem, aeternum, unicum, infinitum. Atque ita absolvi partem Physicae communem sive generalem. / 20 Progressus ad partem specialem initium feci a corporibus simplicibus, et prater illa vulgo nota quatuor elementa dari etiam quintum, quod vocamus coelum, ostendi ex moto circulari. / 22 Ostendi, coelum esse diversum ab Elementis naturae, et magnitudinem eius totiusque adeo universi esse finitum. Porro mundos non esse plures uno: attamen haut recte ab Aristotele demonstratum [?], plures sano esse nequaquam posse. / 23 Dixi de differentia partium in coelo, et cur in eo tanta motuum diversitas. / 26 Dixi de Figura coeli et aequabilitate motus ipsius. / 27 Dixi de Coeli orbibus et stellis. Item de Eclipsibus et de Terra, tanquam centro universi. / 29 Dixi de Elementis consideratis, ut sunt partes universi, et motu eodam naturali, huiusque principiis, grauitate et leuitate. / 30 Coepi dicere de Elementis consideratis, ut sunt principia corporum mixtorum. / Andreas Kinderling
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 81
- Zeitraum 02.08.1658–31.08.1658
- Text Anno 1658 mense Augusto / Die 2 Disserui de Generatione, Corruptione et Argumentatione. / 3 De requisitis ad mixtionem, nempe Contactu Physico, Actione et Passione, itemque modo agendi patiendique. / 5 De Mixtione, itemque numero Elementorum ex qualitatibus primis alteratricibus demonstrando. / 6 De Temperamentis, et Imperfecte mixtis in genere. / 9 Adhuc de Imperfecte mixtis sine Meteoris in genere, Item in specie de quibusdam ignitis, nempe Coelo et Polluce, Helena, Igne lambente. / 12 De Hiatu, Fonea, Coloribus Sanguineis. Item de Cometa. / 13 De Via Lactea. Item de Meteoris quibusdam aqueis, Nube, Pluuia, Rore, Pruina, Manna et Melle. / 16 De Pluuibus prodigiosis. / 17 De Nive et Grandine; Item Glacie et Filis. / 19 De natura et ortu fontium et fluviorum. / 20 De Maris salsedine et motu vario, praesertim Astu. / 23 De Meteoris flatuosis et in specie de Ventis ut Terrae motu [?]. / 24 Erat mutatio ViceRectoratus / 26 De Fulmine, Fulgure, Tonitru et

Procellis. / 27 De Meteoris apparentibus, Halone, Irides, Parello, Paraselene et Virgis. / 30 De Perfecte mixtorum generatione et corruptione naturali sive Putredine. / 31 De eorundem concreione et eruditate [?] et tribus utriusque speciebus. / Andreas Kinderling  
 Quelle 37 Alt 2491, Fol. 82

Zeitraum 02.09.1658–27.09.1658

Text Anno 1658 mense Septembri / Die 2 Dixi de Affectionibus perfecte mixtorum, quae sequuntur qualitates Elementorum passivas, Mollitie, Duritie, Concreione, Liquatione, Exsiccatione et Humectatione. / 3 De Caeteris qualitatum passivatum virtutibus, unde corpora perfecte mixta flectuntur, franguntur, rumpuntur, secantur, finduntur, formantur, extenduntur, comburuntur etc. / } 6 [et] 7 Erant nundinae. / } 9 [et] 10 Catarrho et raucedine impediabar. / 13 Disserui de Mineralibus in genere. / 14 De speciebus Mineralium. / 16 De illis, quae possunt solui. / 17 De illis, quae mollescunt et liquantur. Item de illis, quae nec solvantur, nec mollescant, nec liquantur. / 20 De Anima definitione. / 23 Erat Disputatio inauguralis Bauermeisteri. / 24 Dixi De Anima vegetante. / 27 De Anima sentiente. / Quum nullam habeat B. Cornelius, cuius nunc ductum sequebar, disputationem de Anima rationali, nec ego eius explicationem addere potui. Itaque finem hic explicationi huic imposui. Edidi vero iam ante biennium de Anima rationali disputationem publicam. / Andreas Kinderling

Quelle 37 Alt 2491, Fol. 80

Zeitraum 12.10.1658–29.10.1658

Text Anno 1658 mense Octobri / Finitis feriis autumnalibus, Philosophiam naturalem de integro explicaturus, Prooemii loco. / Die 12 Disserui de Philosophie in genere, eiusque divisione. / 14 De Definitione Physices. / 15 [Celebrabatur Festum Collegii]. / 18 De Divisione Physices, et quo ordine sit tractanda. / 19 De Principorum voce ac definitione. / 21 De numero Principorum corporis naturalis. / 22 De Materia / 25 De Forma, an detur et quid sit? / 26 De Privatione et Natura. / 29 De causis per se. / Andreas Kinderling

Quelle 37 Alt 2491, Fol. 83

Zeitraum 01.11.1658–12.11.1658

Text Anno 1658 mense Novembri / Die 1 Disserui de Causis per accidens, Casu et Fortuna. / 2 Disserui de Fato. Item quod et quomodo Natura agat propter finem. / 4 [Habebatur disputatio inauguralis in Facultate Medica] / 5 Disserui de communibus corporis naturalis affectionibus in genere. Item de quantitate. / 8 Disserui de compositione et divisione continuavi. / 9 Disserui de Finito et Infinito. / 11 Disserui de Loco, an detur et quid sit? / 12 Quomodo Locus aequalis locato? Quomodo immobilis? / Reliquis huius mensis diebus habebatur Auctio Libb. D. Dörrii / Andreas Kinderling

Quelle 37 Alt 2491, Fol. 84

Zeitraum 02.12.1658–17.12.1658

Text Anno 1658 mense Decembri / Die 2 Dixi, Quomodo corpora naturalia ferantur

- ad locum? Item an et quomodo Coelum septimum sit in loco? / 3 De argumentis, quibus Veteres vacuum probare conati sunt / 6 De experimentis, quibus probatur naturam abhorrere a vacuo. / 7 De Valeriani M. fistula vitrea Mercurio repleta ad probandum vacuum. / 9 De Motu eisuque speciebus. / 10 De unitate, diversitate, oppositione et contrarietate motus. / 13 [Habebatur disputatio inauguralis Iuridica Meyeri]. / 14 Quomodo movens debeat esse simul cum mobilo? Et quomodo quiquid movetur, ab alio moveatur? / 16 De argumentis Aristotelis, quibus motus aternitatem probare conatus fuit. / 17 De Tempore et aliis durationum generibus. / Atque ita absolvi doctrinam de affectionibus communibus corporis naturalis, adeoque partem communem Physices. / Andreas Kinderling
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 85
- Zeitraum 13.01.1659–31.01.1659
- Text Anno 1659 / Mense Ianuario / Finitis feriis et translato 13. Ianuarii ViceRectoratu / die 17 redii ad Lectiones publicas et aggressus partem Physices specialem dixi de Mundi causis, Materia, Forma, Efficiente / 18 de Mundi fine tum principali munere [?] principali. Item de Mundi accidentibus, Perfectione, Duratione / die 20 de aliis Mundi accidentibus, Quantitate tum continuatum discreta. Item de Coelo eiusque natura / 21 de Coeli proprietatibus, Figura, Motu, Operatione / 24 de Coelo Incorruptibilitate, Partibus integrantibus et Orbibus / 25 de Stellis tum extraordinariis tum ordinariis fixis / 27 de Planetis et Eclipsibus / die 28 de Elementis in genere, et consideratis ut sunt partes Universi. Item Motu eorum naturali, huiusque principiis, Gravitate et Levitate / die 31 de Elementorum numero, duratione et figura / Andreas Kinderling
- Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 73; 107
- Zeitraum 01.02.1659–28.02.1659
- Text Anno 1659 / Mense Februario / Die 1 disserui de Elementis consideratis ut sunt principia mixtorum, ubi dictum de Generatione et Augmentatione / die 3 de requisitis ad Mixtionem, nempe de Contractu physico, actione et passione et modo agendi patiendique / die 4 de ipsa Mixtione, itemque de numero Elementorum ex qualitatibus alterationibus demonstrando / } diebus 7 [et] 8 Intereram nuptiis cognatae Clarissimi Domini Collegae / die 10 de Mixti interitu naturali seu Putredine / die 11 de Corporibus imperfecte mixtis et Meteoris in genere / die 14 de Meteoris ignitis quibusdam, nempe Coelo ardente, Trabe, Capris saltantibus, Lancea, Stella cadente / die 15 de Dracone volante, Igne fatuo, Helena, Castore et Polluce, Igne lambente / die 17 de Cometa / die 18 de Fulmine, Fulgure et Tonitrua / } diebus 21 [et] 22 Propter auctionem librorum legere non potui / die 24 dixi de Meteoris aereis, in specie de Vento / die 25 de variis ventorum divisionibus / die 28 de Terraemotu / Andreas Kinderling
- Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.74; 108
- Zeitraum 01.03.1659–29.03.1659
- Text Anno 1659 / Mense Martio / Die 1 disserui de Meteoris aqueis in genere et de Nubibus / die 3 de Pluvia et Grandine / die 4 de Nive, Nebula, Rore et Pruina .

|          |  |
|----------|--|
| Quelle   | Item de Glacie et Filis / die 7 de Meteoris apparentibus in genere et in specie de Iride / die 8 Adhuc de Iride / Item de aliis Meteoris apparentibus nim. Halone Parelio, Paraselene et Virgis / die 10 de Fontibus et fluviis eorumque ortu / die 11 de Maris salsedine eiusque motu vario / die 14 de Fluxu et refluxu maris / die 15 de Corporibus perfecte mixtis eorumque differentiis / die 17 de Corporum perfecte mixtorum inanimatorum differentiis, et in specie de Lapidibus eorumque materia, de causa efficiente, loco generationis, forma et fine Lapidum / } diebus 21 et 22 erat mercatus / die 24 de accidentibus Lapidum, perspicuitate et opacitate, coloribus eorum, duritie item et mollitie, aptitudine et ineptitudine et caedantur ac caelentur, compactione et porositate, gravitate et levitate / } diebus 28 [et] 29 Valetudinis curandae causa legere non potui / Andreas Kinderling<br>37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.75; 109   |
| Zeitraum | 18.04.1659–29.04.1659  |
| Text     | Anno 1659/ mense Aprili / Finitis feriis vernalibus ad Lectiones publicas reversus / die 18 disserui de speciebus Lapidum, de lapide Bezoare, Margaritis, Coralio et Crystallo / die 19 de Magnete eiusque virtute duplici, una trahendi ferrum, altera connectendi se versus Septentrionem / die 21 Aggressus doctrinam de Metallis, disputavi contra vulgi errorem de Metallorum ortu / die 22 de Metallorum materia, efficiente et loco generationis / die 25 de Metallorum forma et accidentibus / die 26 de Sulphare, Mercurio et Metallorum speciebus / die 28 non legi ob consistorium publicum / die 29 Aggressus doctrinam de Mediis mineralibus dixi de Aquis et Terris / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2492, fol.76  |
| Zeitraum | 02.05.1659–20.05.1659  |
| Text     | Anno 1659 / mense Maio / } die[bus] 2 et 3 impediabar nuptiis ancillae meae / die 5 dixi de succis concretis, sale communi, armeniaco, nitroalumine, vitriolo / die 6 de bitumine, sulphure, arsenico, antimonio, bismutho atque ita absolvi doctrinam de corporibus perfecte mixtis inanimatis / die 9 impediabar consistorio publico circa octavam inchoato / die 10 disputatione inaugurale Meinekingii / die 12 erat festum Adscensionis Domini / die 13 Inchoavi doctrinam de corpore animato, docens prius esse agendum de anima quam de corpore. Item dari animam, et quam variae et ineptae fuerint quorundam veterum et recentiorum de quidditate animae sententiae / die 16 Ostendi animam non esse accidens, nec temperamentum nec potentiam sive materiam nec corpus / Sed actum, non assistentem sed informantem, eamque non secundum sed primum / die 17 Id quod ab anima informatum, non esse materiam primam, sed corpus naturale mixtum et organicum, cuius partes aliae sinte similes, aliae dissimiles, et in has omnes animam esse diffusam / die 19 Tria esse animarum genera, atque ex his unam tantum, nempe vegetativam esse in plantis, duas vero, sc. vegetativam et sensitivam in bestiis, tres denique videlicet vegetativam sensitivam et rationalem in homine / die 20 Vitam, quae est facultatum functionumque vitalium commune fundamentum, non esse animam nec corpus, nec compositum, sed essentiam animatorum in abstracto / Andreas Kinderling |
| Quelle   | 37 Alt 2492, fol.77  |

|          |  |
|----------|--|
| Zeitraum | 06.06.1659–30.06.1659  |
| Text     | Anno 1659 / mense Iunio / Finitis feriis / die 6 continuavi et absolvi doctrinam de Vita et Morte / die 7 accessi ad explicandas facultates et functiones animarum, et ostendi vegetativae principes esse nutricem auatricem et generatricem, quibus famulentur attractrix, retendrix, alteratrix, expultrix / Nutricis actionem esse alimenti praeparati in substantiam viventis conversione, ad caeteris inuati [?] conservationem et partium a calore vitali consumptarum instaurationem / die 9 quid et quale debeat esse alimentum, quomodo a medicamento et veneno differat, quot connectionibus praeparatur, et quis denique finis huiusce transmutationis / die 10 de facultate auatrice quid sit et quomodo a nutrice differat. Item generatrix potentia viuentium quod sit et quomodo differat ab illa omnium rerum corruptibilium communi / die 13 de Plantis earumque causis imprimis materia / die 14 de affectionibus Plantarum, in specia de germinatione / habebatur disputatio inauguralis Iohannis Henrici Kraselt / die 17 de Plantarum fructificatione, sterilitate, morbis et interitu / diebus 20, 21 et 23 ob tumorem pedis prodire ad lectiones publicas haut potui / die 24 erat dies Iohannis Baptistae Sacer / die 27 disserui de partibus plantarum tum integrantibus tum subiectis sine speciebus, arbore frutice et herba docens harum specierum subdivisiones et explicationem ex Herbariis petendum esse / Atque ita absolvi doctrinam de Anima sentiente, descripsi eam ex facultatibus suis, quid sit anima, qua vivens potest sentire, appetere et locomoveri / die 28 dixi de Facultate sensitiva in genere quodam eius organum quod obiectum quod medium, quis modus sentiendi, quae certitudo sensuum / die 30 facta sensuum divisione in externos et internos, docui hos tantum esse quinque illos vallosque [?] notos, visum, auditum, odoratum, gustum et tactum. Item quodnam visus obiectum, quod organum, quis modus visionis / Andreas Kinderling |
| Quelle   | 37 Alt 2492, fol. 78   |
| Zeitraum | 01.07.1659–29.07.1659  |
| Text     | Anno 1659 / mense Iulio / die 1 habebatur disputatio publica Physiologica / die 4 ab hospite impediabar / die 5 transferebatur ViceRectoratus / die 7 habebatur disputatio inauguralis Iulii Georgii Behrens / die 8 dixi de Auditu eiusque obiecto et organo / diebus 11 et 12 erant nundinae / die 14 disserui de Odoratu et Gustu eorumque obiectis et Organis / die 15 de Tactu eiusque obiecto et Organo. Item de sensibus internis in genere / die 18 de sensu communi et phantasia / die 19 de aestimativa, memoria oblivione et reminiscentia / die 21 de Appetitu sensitivo et Affectibus / die 22 de Facultate locomotiva / die 25 de affectionibus sensuum et facultatis locomotivae Vigiliae et Somno / die 26 de Somnis et Noctambulonibus / die 28 de animalis corpore eiusque partibus contentis sive horibus et spiritibus / die 29 de partibus continentibus similaribus / Andreas Kidnerling   |
| Quelle   | 37 Alt 2492, fol.79  |
| Zeitraum | 01.08.1659–30.08.1659  |
| Text     | Anno 1659 / mense Augusto / die 1 de partibus animalis dissimilaribus  |

|          |   |
|----------|---|
|          | externis / die 2 cum habenda esset disputatio inauguralis Du Mont distuli lectionem in diem Iovis proximum sive 4tum Augusti. Sed post mutata sententia, etiam in ipsam illum diem Augusti / die 4 iam reiecta atque adeo tum habita fuit illa disputatio / die 5 dixi de partibus dissimilaribus internis ventris infirmi / die 8 de partibus dissimilaribus internis ventris medii sive thoracis i. e. corde et pulmonibus / die partibus dissimilaribus internis ventris supremi sive capitis id est cerebro eiusque ventriculis / die 11 de speciebus et differentiis animalium / die 12 disputabat pro gradu Censius / die 15 de amphibiiis, insectis et zoophytis / die 16 Inchoavi doctrinam de Homine, et dixi de definitione animae rationalis / die 18 de animae rationalis immortalitate et indivisibilitate / die 19 de Pythagorica animarum transmigratio / die 22 de origine animae rationalis, quo tempore contingat et quo modo; ubi ostensum, eam non educi ex materia, [nec] de novo creari ex nihilo / die 25 de facultatibus animae rationalis in genere et in specie de intellectu quomodo se habeat in potentia et in actu / die 26 disputabat pro gradu Dominus Glaeser / die 29 de modo intelligendi, item operationibus et habitibus Intellectus / die 30 erant solennia Doctoratus et Nuptiarum Domini Doctoris Glaeseri / Andreas Kinderling |
| Quelle   | 37 Alt 2492, fol.80   |
| Zeitraum | 01.09.1659–29.09.1659   |
| Text     | Anno 1659 / mense Septembri / die 1 dixi de facultate animae rationalis appetente sive Voluntate huiusque libertate tum exercitii tum specificationis / die 2 de actibus voluntatis tum elicitis tum imperatis itemque de corpore humano. Atque ita finem imposui huic explicationi Physices, quam anno praeterito mense Octobri inchoaveram / Post unam atque alteram Septimanam, quam occuparant partim nundinae, partim nuptiae Conringianae, partim denique cogitatio de Philosophia naturali per succintas disputationes tradenda / die 17 versus ad Lectiones publicas disserui de Philosophiae natura / die 18 disserere coepi de natura Physices / die 20 dixi de Definitione Physices, nempe de Genere ipsius tum remoto tum proximo / die 22 de differentia Physices desumenda ab objecto vel materiale vel formale / die 26 de Divisione Physices in partem communem et propriam / die 27 de Principiis corporis naturalis internis in genere / die 29 erat Festum Michaelis et incipiebant Ferae autumnales / Andreas Kinderling  |
| Quelle   | 37 Alt 2492, fol.81   |
| Zeitraum | 06.10.1659–31.10.1659   |
| Text     | Anno 1659 / mense Octobri / Feriis autumnalibus finitis, ad lectiones publicas reversus / die 6 excussi varios de Principiis internis errores / die 7 descendi ad species Principiorum interiorum, et ostendi de Materia quod detur et quid sit / die 10 dixi de Materiae primae potentia et appetitu / die 11 de eius proprietatibus / die 13 erant solennia Doctoratus in facultate Iuridica / die 14 disserui de Forma substantiali, tum materiali tum immateriali, docens, etiam materiales omnino dari / die 17 de educatione formarum materialium e potentia materiae; Item de formarum subordinatione / die 18 Quid Natura sit, et quod detur / die 20 Quod non tantum materia, sed etiam forma, et quidem magis sit natura / die 21 Naturale quot modis dicatur, et quomodo differant natura, Habens naturam, secundum naturam, item contra naturam, praeter  |

naturam et supra naturam / die 24 De causis rerum Physicarum earumque divisione in Internas et Externas / die 25 Efficientis divisionibus, imprimis ea, quae alia est per se alia per accidens / De Casu et Fortuna, itemque Fato / Die 28 Casum et Fortunam non evertere Providentiam aut Praescientiam divinam; nec impedire, quo minus sit aliquis finis agentium naturalium / Die 31 De triplici gradu agentium propter finem / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2492, fol.82

Zeitraum 01.11.1659–25.11.1659  
Text Anno 1659 / mense Novembri / die 1 docui necessitatem rerum Physicarum esse duplicem, unam oriri ? ex parte materiae, alteram ex parte finis, et hanc esse potioem / die 2 de variis divisionibus finis rerum naturalium / die 4 De affectionibus corporis naturalis communibus, earumque numero et ordine, item que de Quantitate, eiusque divisione in continuam et discretam / die 7 De Quantitae continua eiusque speciebus et terminis sive indivisibilibus / die 8 Nullum corpus naturale, nec ullum continuum componi ex indivisibilibus nec in individua resolvi / die 10 Habebatur Disputatio inauguralis medica / 11 raucedine impediēbar / die 14 et 15 erant nundinae / die 17 Licet nullum corpus constet ex indivisibilibus, habere tamen illud suos terminos ac fines aut intrinsecus aut extrinsecus prescriptos, eosque aut definitos aut indefinitos; quod singulatim monstratum tum de heterogeneis, tum de homogeneis / die 198 De Localitate et Loco eiusque proprietatibus / die 21 Locum esse superficiem corporis continentis immediatum et immobilem / 22 Responsum ad ea, quae contra superficiem obiiciuntur ex loci aequalitate cum locato et ex eius immobilitate / die 24 Coelum externum proprie in loco non esse; Item locum proprium dividi in naturalem et violentum; itemque in totalem et partialem. Naturaliter nec duo corpora in eodem loco, nec unum in pluribus esse posse / Supernaturaliter vero utrumque esse possibile / Reliquas duas huius mensis lectiones interceptit Anatomia / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.83; 114

Zeitraum 01.12.1659–23.12.1659  
Text Anno 1659/ mense Decembri / die 1 durabat adhuc anatomia / die 2 erat disputatio inauguralis medica / die 5 Proposui Veterum rationes pro Vacuo earumque solutiones / die 6 erant solennia Doctoratus in facultate medica / die 8 Ratione et experientiis multis ostendi, naturaliter non dari vacuum / Negandum tamen non esse, virtute divina vacuum dari posse; nec putandum, motum non posse fieri in vacuo, aut aliquid motum iri in instanti / die 12 dixi de Mobilitate et Motu huius definitione / die 13 de Movente seu Motore absolute primo / de Motoribus subordinatis et Mobili / die 16 Quod Movens distinguatur a mobili, coniunctum tamen illi esse debeat; quodque motus subiective insit mobili / die 19 De Terminis et Continuitate motus / die 20 De speciebus Motus in genere, et de mutationibus instantaneis generatione videt et corruptione tum substantiarum tam accidentium / } diebus 22 [et] 23 Occupabar negociis academiae / Reliquis huius mensis diebus erant feriae hiemales / Andreas Kinderling  
Quelle 37 Alt 2492, fol. 84

|          |   |
|----------|---|
| Zeitraum | 12.01.1660–31.01.1660   |
| Text     | Anno 1660/ Mense Ianuario / Finitis feriis et nuptiis Domini Doctoris Collegae Magistri Eberhardi / die 12 disserui de Motus speciebus, Accretione et Diminuatione, Alteratione et Latione / die 13 de diuisione Motus ex parte mobilis in motum per se et motum per accidens / Item de diuisione Motus ratione principii in naturalem violentem et medium / die 16 de Motus naturalis localis speciebus / et cur ea, quae naturaliter moventur motu recto in principio, moveantur tardius in progressu celerius in fine celerrime / Item de speciebus motus violentis, et a qua causa proiectorum motus continuetur / die 17 de Tempore quod detur et quid sit ex sententia recentiorum / die 19 transferebatur ViceRectoratus / die 20 Quid Tempus sit ex sententia Aristotelis et quomodo ad dirimendas de Tempore lites distingui possit inter tempus et mensuram temporis sive inter tempus interum et externum / die 23 de Tempore externo, quod est duratio motus coelestis, distinguendo in partes, et hosce applicandis ad aliarum rerum durationes metiendas / Item quomodo tempore interna et particularia sint varia, externum vero et universale sive commune sit unum / Denique quid sit esse in tempore, qui item motus sint simul aut non sint, quique aequales aut inaequales / die 24 de partibus Temporis praterito et futuro, item de instanti quando tempus caeperit. Postremo de Obiectionum contra tempus universale solutione / die 26 de corporis naturalis speciebus simul sumptis sive Mundo huiusque definitione et materia / die 27 de Mundi forma / die 30 de Mundi causa efficiente et fine ultimo / die 31 de finibus mundi subordinatis / item de mundi perfectione / Andreas Kinderling |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.73   |
| Zeitraum | 03.02.1660–28.02.1660   |
| Text     | Anno 1660/ Mense Febuario / die 3 dixi de Durationis mundi initio, et mundum non tantum non esse ab aeterno, sed nec esse potuisse, probavi ex ipsa ratione creationis sive dependentiae eius / 6 Idem probavi aliis quatuor argumentis / de durationis mundi fine / item de eius magnitudine unitate, figura / die 9 de Corpore simplici in genere, nec non de Coeli nomine et varia huius significatione / die 10 de Coeli materia / die 13 de Coeli forma / die 14 de Coeli figura / die 16 de Coeli motu / die 17 de Coeli operatione in hac inferiora tum per motum tum per lumen / die 20 de Coeli operatione per occultas influentias / die 21 de Coeli Circulis / die 23 de Coeli Orbibus secundum sententiam Veterum / 24 de iisdem secundum sententiam recentiorum / die 27 de Stellis in genere / Item de Extraordnariis / die 28 de Stellis ordinariis fixis, et Galaxia / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.74   |
| Zeitraum | 01.03.1660–30.03.1660   |
| Text     | Anno 1660 / Mense Martio / die 1 dixi de Stellis erraticis seu planetis, tum de novo tum iam olim observatis, et de systemate mundi Ptolemaico, Copernicano, et Tychomico / die 2 de lumine stellarum nativo et mutatio / Item de Ecclipsibus Lunae et solis / die 5 de Elementis in genere et ut sunt partes Mundi / die 6 de qualitibus motivis [?] et numero Elementorum / die 8 de motu Elementorum recto indeque orta ipsorum figura rotunda / Item de motu mixtorum secundum motum praedominantis elementi / die 9 de eo,   |

|          |  |
|----------|--|
|          | <p>quod dtr. Elementa in suis locis nec gravitare nec levitare / Item de natalibus locis Ignis et Aeris, et tribus Aeris regionibus / die 12 de quantitate singularum Aeris regionum / Item de loco natali Aquae et Terrae, et cur Aqua non undiquaque ambiat Terram / die 13 de Elementis ut sunt Compositorum principia, et requisitis ad hoc Elementorum officium qualitatibus alteratricibus primis / die 15 Quod hae qualitates omnes sint reales et positiva et a substantia elementorum distinctae; quando illarum binae sint activae, binae passivae / die 16 quod in unoquoque elemento reperiantur duae qualitates alteratrices primae, una activa, altera passiva, et quam cuius et quando in int [?] / die 19 Quomodo prima Elementorum qualitates alteratrices faciant, ut elementa in se invicem transmutari possint, sive sint symbolica sive a symbolo / die 20 de Generatione et Corruptione substantiali et ut rdasque [?] definitione / die 22 de utriusque subiecto et terminis / Item quomodo unius generatio sit alterius corruptio et vice versa / die 23 Non in qualibet corruptione fieri resolutionem usque ad materiam primam / item terminum ad quam gravitationes non tantum esse formam, sed et compositum, generationem et corruptionem fieri in instanti / die 26 Generationem consistere in debita unione formae cum materia et corruptionem in unionis istis dissolutione / Quidquid generatur generari in simili / et quicquid corrumpitur corrumpi re contrario / die 27 Nihil generari corrumpive sine praevia alteratione aut reactione, neque nisi in subcaelestibus in quibus finis gravitationis est conservatio specierum / die 29 De variis modis generationis et corruptionis et de Mixtione / die 30 De Mistionis requisitis / Andreas Kinderling</p> |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.75  |
| Zeitraum | 02.04.1660–16.04.1660  |
| Text     | Anno 1660 / Mense Aprili / die 2 docui, formas Elementorum substantiales in mixtis actu non manere / die 3 habebatur disputatio inaugrualis Ioh. Eberhardi von Anderten / Die 5 de Temperamento quomodo differat a mistione et quid sit / die 6 quomodo dividatur Temperamentam in uniforme et difforme, simplex et compositum, naturale et adventitium, parziale et totale / } diebus 9 [et] 10 erant nundinae / die 12 de misti interitu naturali sive Putredine eiusque definitione / die 13 de subiecto putredinis, videlicet humido eiusque divisionibus in aqueum et aereum, naturale et adventitium / die 16 de causa Putredinis efficiente, nempe calore ambientis / Item de Putredinis divisione in Perfectum et Imperfectum / Atque ita absolvi doctrinam de Generatione et Corruptione / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.76  |
| Zeitraum | 14.05.1660–31.05.1660  |
| Text     | Anno 1660/ Mense Maio / Finitis feriis et autione Libb. D. Iordanis reversus ad Lectiones publicas dixi / die 14 de Corpore imperfecte mixto in genere / die 15 de Corporis imperfecte mixti speciebus et causis / die 17 de Affectionibus corporis imperfecte mixti earumque causis i.e. de Meteoris sive Impressionibus in genere / die 19 de Meteoris ignitis simplicibus quibusdam, nempe Coeloardente, Face et Trabe / die 21 de aliis quibusdam meteoris ignitis simplicibus videlicet Bolide, Capris saltantibus, Stella Cadente / die 23 de Dracone volante, Igne fatuo et Igne lambente / die 24 de Castore, Polluce et   |

|          |   |
|----------|---|
| Quelle   | Helena / Item de Meteoris ignitis mixtis in genere; et in specie de Cometarum materia et incensione / die 25 de Cometarum loco, tempore tum apparitionis tum durationis, motu et distinctionibus / die 28 Fiebant preces publicae pro frugibus / die 29 disserui de Cometarum significatione / die 31 Celebrabatur Festum Adscensionis Domini / Andreas Kinderling<br>37 Alt 2493, fol.77   |
| Zeitraum | 01.06.1660–07.06.1660   |
| Text     | Anno 1660 / Mense Iunio / Die 1 disserui de Fulmine eiusque distinctione a Fulgure itemque motu / die 4 de Fulminum variis generibus et effectis, itemque de Lapide fulmineo / die 5 de Tonitru, quid sit, quotque eius genera, ubi et quando frequentiora sint fulmina et tonnitrua, de remediis contra fulmina / die 7 de Vento quam vera [?] de Ventorum materia forma efficiente et fine usque / Sequebantur Feriae Pentecoste / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.78   |
| Zeitraum | 02.07.1660–31.07.1660   |
| Text     | Anno 1660 mense Iulio / die 2 Celebrabatur Festum Visitationis Mariae / die 3 disserui de Nubibus / die 5 de Pluvia / die 6 de Speciebus et Signis pluviarum / } diebus 9 [et] 10 erat mercatus / die 12 mutabatur ViceRectoratus / die 13 dixi de Nive / die 16 de Grandine / die 17 de Nebula et Rore / die 19 de Melle / die 20 de Manna et Accharo / die 23 de Pruina, Glacie et Filis Beati Virginis / die 24 de Tonitruo et Fluviorum origine ex sententia antiquorum et Aristotelis / die 26 de eorundem origine ex sententia Sanctae Scripturae / die 27 de Maris origine et salsedine / die 30 de Maris motu ab ortu in occasum, a septentrione in austrum, a littore uno in alterum, circulari / die 31 de accessu et recessu maris eiusque causa ex sententia Veterum / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.79   |
| Zeitraum | 02.08.1660–31.08.1660   |
| Text     | Anno 1660 mense Augusto / die 2 dixi de causa aestus marini ex sententia recentiorum / die 3 de causa aestus marini ex sententia nostra / die 6 de Meteoris apparentibus et primo de Coloribus informibus / die 7 de coloribus formatis et meteoris ex transparentia luminis artis i.e. hasmate et Fovea [?] / die 9 de meteoris artis ex refractione radiorum, deque Iridis generatione, figura et coloribus / die 10 de Iride gemina, solari et lunari et utriusque significatione / die 13 de Halone, Parello, Paraselene, Virgis / die 14 habebatur disputatio inauguralis Medica / die 16 habebatur disputatio inauguralis Iuridica / die 17 dixi de corpore perfecte mixto inanimato sive Mineralibus eorumque materia et forma / die 20 de Mineralium efficiente et distinctione in simplicia et composita; simpliciumque porro divisione in Metalla, Lapides et Media Mineralia / die 21 de Metallorum definitione et materia / die 23 de Metallorum causa efficiente, loco et forma / die 24 de solvendis argumentis illorum, qui diversum de Forma metallorum sentiunt; item de Fine metallorum / die 27 de Metallorum affectionibus, liquefactione, ductilitate et fulgore; item de Metallorum speciebus / die 28 de Argento vivo et Fodinis metallicis inveniendis / die 30 de Quaestione: An metalla inter se transmutari possint / die 31 de Lapidum materia ex sententia celebriorum auctorum. / Andreas |

|          |   |
|----------|---|
| Quelle   | Kinderling<br>37 Alt 2493, fol.80   |
| Zeitraum | 03.09.1660–27.09.1660   |
| Text     | Anno 1660 mense Septembri / } diebus 3 et 4 erant nundinae / die 6 Conciliavi celebriorum auctorum sententias de Materia Lapidum et respondi ad Obiectiones Agricolaee tum ipsis [?] quadruplicem materiam consideravi / die 7 Proposui sententiam Chymicorum de Materia Lapidum, tum etiam sententias varias de causa Lapidum efficiente / die 10 dixi de Loco generationis, Forma et Fine Lapidum / die 11 de Accidentibus Lapidum Communibus / } diebus 13 [et] 14 habebantur Disputationes inaugurales Iuridicae / die 17 disserui de speciebus et differentiis Lapidum, item de generibus Lapidum vulgarium / die 18 de Lapidibus preciosis quibusdam nobilioribus / die 20 de aliis preciosis lapidibus nobilioribus / die 21 de Lapidibus preciosis minus nobilibus / die 24 de Magnete / } diebus 25 [et] 27 habebantur Disputationes inaugurales Iuridicae / Sequebantur Feriae autumnales / Andreas Kinderling  |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.81   |
| Zeitraum | 11.10.1660–30.10.1660   |
| Text     | Anno 1660 mense Octobri / die 11 finitis feriis absolvi, quae dicenda restabant de Magnete / die 12 disserui de Calculis, sive Lapidibus, in humano corpore genitis / die 15 Orationem habui in festo Collegii / die 16 dixi de Lapidibus, qui in brutorum corporibus nasci solent / die 18 de Margaritis et Mediis Mineralibus in genere / Item de Aquis et Terris / die 19 de Terris, quae Medicis inserviunt / die 22 de Succis concretis in genere, et de sale naturali Ammoniaci, Gemmae, Indico / die Sale nitro / die 25 (erat disputatio inauguralis medica) / die 26 de Vitriolo et Sale cocto / die 29 de Bitumine liquido eiusque speciebus / die 30 de Bitumine coagulato eiusque speciebus / Andreas Kinderling  |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.82   |
| Zeitraum | 02.11.1660–30.11.1660   |
| Text     | Anno 1660 mense Novembri / die 2 dixi de sulphure, arsenico, antimonio, bismutho, atque ita absovi disputationem de corpore perfecte mixto inanimi. Hinc aliquot dies impendi curandae valetudini / die 8 inchoavi doctrinam de corpore perfecte mixto animato: ostendens, quod ordinem tractandi attinet, prius de anima quam de corpore agendum esse / die 9 docui, animam dari, eamque non esse accidens, nec temperamentum, non materiam non corpus, non compositum, sed formam eamque non assistentem, sed informandam / } diebus 12 [et] 13 erant nundinae / die 15 ostendi, ab anima informari, non undam materiam primam, ut aliqui volunt, sed corpus naturale / die 16 illud corpus naturale debere esse organicum et dissimulare, animamque in singulis eius partibus contineri / die 19 in coniunctione animae et corporis consistere vitam, eam vero coniunctionem fieri ope caloris nativi, cuius fons in perfectis animalibus sit cor, in caeteris aliquid cordi analogum / die 20 dixi de caloris huius subiecto igne vitali, huiusque pabulo sanguine, item de respiratione et motu cordis / die 22 (habebatur disputatio inauguralis Theologica Steinii) / die 23 de Vitae longitudine et Brevitate. Item de Morte / die 26 de summis |

|          |   |
|----------|---|
|          | animarum animatorumque generibus / die 27 an facultates animae differant ab anima, et an in uno vivente sint plures animae / die 29 an anima sit tota in toto corpore, et tota in qualibet parte / die 30 an princeps membrum sit cerebrum, an vero cor / die 31 disputavi publice de corpore perfecte mixto inanimi sive minerali / Andreas Kinderling   |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.83   |
| Zeitraum | 03.12.1660–31.12.1660   |
| Text     | Anno 1660 mense Decembri / die 3 Inchoavi doctrinam de corpore animato vegetabilis et animae vegetativae facultatibus, tum principibus tum administris in genere / die 4 dixi de Nutritione et Alimento / die 6 de discrimine Alimenti, Medicamenti et Veneni / die 7 de Cibo et Potu, Fame et Siti / die 10 (erat promotio in Facultate Theologiae) / die 11 de Alimenti praeparatione et concoctionibus / die 13 de Augmentatione / die 14 de Generatione / Sequenti septimana occupabar in perficienda disputatione de Principiis proinds [?] corporis naturalis / die 31 illam disputationem publice habui / Andreas Kinderling |
| Quelle   | 37 Alt 2493, fol.84   |

### Zitierhinweis

Prof. Andreas Kinderling. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-121-kinderling> [06.07.2026]